mit. Cierza cognomine paruula tota ad
terram conuersa nonaginta homines extinxit.
Cerretum totum pene uastatum: centum quin-
quaginta personas occidit. Franietum totum
a fundamentis euersum centum hominum ca-
pita contriuit. Verum utrasque et theatinam
ac pennatam uulgatis nominibus ciuitates
et termolas interamnias antiquitus nuncu-
patas et ciuitatulam et siqua alia opida ille-
sa remanserunt: et aquilam insuper omittamus
quoniam licet hos terremotus omnes audi-
uerint: damnorum tamen expertes euasere. The-
atina et pennata commemorate ciuitates: ma-
rrucinorum et pennensium nominibus teste pli-
nio apud uetustissimos nuncupabantur. Aquila
uero noua urbs in illis montibus edificata in
quibus olim romanis florentibus amiternum
fuit: cuius uirgilius meminit quod amiternas
turrigeras appellauit. Et liuius quoque non
oblitus: decimo ab urbe condita. Sp. corne-
lium alterum consulem amiternum oppugna-
tum accessisse scribit: in cuius quidem opidi

Cierza paruula.
Cerretum.
Franietum
Theatina.
Pennata.
Termole
Ciuitatula
Aquila
Plinius.
Aquila
Virgilius
Liuius
Sp. cornelius.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1077/0211
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG